



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCXIII. Quittung des Erzbischofs in Magdeburg für die aus der Brandenburgischen Diöcese erhaltenden Procurationsgebühren, am 18. Jan. 1335.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCXI. Kaiser Ludwig fordert den Bischof Ludwig von Brandenburg auf, den Pfarrer Heinrich von Eberwalde zu zwingen, in Betreff des ermordeten Propstes von Bernau, seines Bruders, die ihm zuerkannte Buße anzunehmen, damit Berlin und Cöln vom Interdicte befreiet werden, am 17. März 1334.

Ludovicus, Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, Venerabili Ludovico Episcopo Brandenburgensi, devoto suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Cum jam diu cultus divinus in Civitatibus Berlin et Colne Christifidelibus ibidem propter Heinricum Rectorem ecclesie parochialis in Ewerwalde occasione cujusdam homicidii in persona cujusdam fratris sui retro perpetrati, dinoscatur subtractus ipseque de emenda nolit stare contentus debita et condigna; Id circo sinceritati tue committimus et mandamus, quatenus, nisi prefatus curatus infra certum terminum acceptet emendam, quam sapientes ibidem duxerint arbitrandam, ad privationem ipsius procedas, vna cum illustri Ludovico marchioni Brandenburgensi, Principe ac primogenito nostro charissimo, sic prompte, vt Tibi gratiam nostram exinde possis vberius vindicare et eandem ecclesiam parochialem quoad spiritalia conferas Heinrico de Tuden nostre contemplationis intuitu et amore harum testimonio literarum. Datum Nurenberg, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, feria quarta proxima ante palmas, Regni nostri anno vicefimo, Imperii vero septimo.

Zidicin's Beiträge, Theil IV., 15.

CCXII. Bischof Ludwig von Brandenburg casset die von den Grafen von Anhalt auf sich erledigende Canonicate des Bartholomäistiftes zu Zerbst ertheilten Anwartschaften, am 18. Oct. 1334.

Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, — Decano et Capitulo in Cerwist. — Quoniam in Ecclesia vestra consuetudinem sacris Canonibus contrariam vidimus hactenus observatam videlicet, quod quam plures persone ad vacaturas prebendas in ecclesia vestra primum per bone memorie Dominum Albertum Comitem quondam de Anhalt ac deinde per filium eiusdem similis nominis et cognominis, nostrum Compatrem, — sunt — presentate, Nos — ab usum — corrigere cupientes — presentationes huiusmodi per dictos Dominum Albertum bone memorie et ejus filium nostrum Compatrem hactenus — factas — cassamus. — Datum Scrapstorp, Anno Domini M. CCC. XXXIII^o. in die b. Luce Evangeliste nostro sub sigillo.

Vollständig in Beckmann's Anhalt, S. 111., 205., 206.

CCXIII. Quittung des Erzbischofs in Magdeburg für die aus der Brandenburgischen Diöcese erhaltenen Precurationsgebühren, am 18. Jan. 1335.

Nos Otto, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, tenore presentium recognoscimus, quod honorabiles viri, episcopus et prepositus ecclesie Brandenburgensis, nobis satisfecerunt de quinquaginta marcis Brandenburgensis argenti et ponderis Magde-

burgensis, quas ratione visitationis nomine procurationis in festo circumcissionis domini se guardiano fratrum minorum in Magdeburgensis nec non magistro Thid. de Hedewischen in conventu dicti guardiani se soluturos indubitanter una cum ceteris prepositis dicte dioceos fuerunt stipulati, unde ipsos quitos dimittimus, quod ad manus nostras dictam stipulationem dicti visitatores nostri receperunt, presentium nostrorum testimonio literarum, quibus nostrum secretum est appensum. Datum Magdeburg, XV kalendas Februarii anno domini M. CCC. XXXV°.

Nach dem Originale.

CCXIV. Der Bischof Ludwig trennt die Kirche zu Schmerzke mit dem Filial Riez von der Pfarrkirche der Neustadt Brandenburg, am 26. Jan. 1335.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgenses ecclesie episcopus, omnibus presentes literas auditoris salutem in domino cum notitia subscriptorum. Licet ecclesia ville Smertzik cum filiali ecclesia Rediz unicum et per se omnino distinctum beneficium fuerit ab antiquo, sed tamen in sinistram opinionem noviter devenit per hec, quod bone memorie Kerstianus, olim plebanus ecclesie nove civitatis Brandenburg, ipsam cum sua ecclesia aliquibus, non tamen omnibus annis sui plebanatus simul tenuit, quamvis, quo titulo illud fecerit, ignoretur. Quia tamen nunc plenius instructi, quod eo tempore, quo dicte ecclesie simul tenebantur, non solum in spiritualibus verum etiam in temporalibus utpote in agrorum ad eandem ecclesiam Smertzik pertinentium desertione ac ipsius edificiorum deperditione negligentie multe sint commisse, quas in futurum committi, si simul remanerent, verisimiliter formidamus, ideo ad instantiam honorabilis viri, domini Thiderici prepositi et capituli ecclesie nostre, patronorum utriusque ecclesiarum, tam Smertzik quam nove civitatis Brandenburg, consentiente provido viro, domino Gevehardo de Stêcho, plebano ecclesie dicte nove civitatis Brandenburg, eas ab invicem auctoritate ordinaria in dei nomine separamus, decernentes eas cunctis futuris temporibus debere teneri pro duobus distinctis beneficiis et a se hinc inde penitus separatis. Actum et datum Spandow sub nostro sigillo anno domini M. CCC. XXXV. *) in crastino conversionis beati Pauli apostoli.

Nach der Copie im Ältern Copialbuche.

CCXV. Der Bischof Ludwig gestattet dem Propste einen Prediger in Schmerzke zu bestellen, am 26. Jan. 1335.

Ludowicus, dei gratia etc., honorabili viro, domino Thiderico, ejusdem ecclesie preposito, benevolam in omnibus voluntatem. Ut Hinricum presbiterum, olim tenentem in Smerzke de cura animarum ejusdem ecclesie, vacantis per separationem nostram ab ecclesia nove civitatis Brandenburg, investire possitis, quod etiam vobis competere dicitis virtute privilegiorum vestrorum, vobis ad presens duximus permittendum. Datum Spandow, anno domini M. CCC. XXXV. in crastino b. Pauli apostoli conversionis.

Nach der Copie im Ältern Copialbuche.

*) Das Copialbuch hat XXV., dies Jahr ist aber offenbar falsch; es muß XXXV. heißen. S. die folg. Urkunde.